



Stech-
flechte!



7.
8
9.
10
11
12.
13.
14
15
16
17.
18.
19
20

1 Weismanni f. Christ. Erbsh. f. iusta rationes
collectionis Canonice Scripturarum
Sacrarum, contra modernas quasdam
objectiones vindicatio, Tubingae
1737.

2 Specimen Magni Nichilii in rebus
vestri religionis, Tubingae 1739.

3 Diff. de veritate divina, fuerit
sicut expulsa, tamen usque recurrit
Tubingae 1740.

4 Varia Sacra, Tubingae 1738.

5 Renovata exceptioes contra
divinam institutionem Baptismi et
3. Ceneri Tubingae 1736.

Responsiones Speciales ad Georgii
Bulli objectiones de justificatione
fidei, Tubingae 1733.

15a

TESTIMONIUM
DE TRINITATE VNIVS DEI
IN SYMBOLO APOSTOLICO

OBVIVM RITE EXPENDIT

DECANVS COLLEGII THEOLOGICI
IES. FRIDER. WEISSENBORNIVS

PRAEMISSO

ET APERIENDIS PRAELECTIONIBVS SOLLEMNIBVS
ET DISPVATIONI PVBLICAE

PRO DOCTORIS GRADV
INSTITVENDAE

A

VIRO MAXIME REVERENDO

IOH. CHRISTOPHORO PFEIFFERO

MINISTERII EVANGEL. ERFVRT. ADSESSORE AEDIS IOHANNIS
PASTORE GYMNASII SENATORII ET ORPHANOTR. EVAN-
GELICI INSPECTORE

PROGRAMMATE
IN ACADEMIA IENENSI.

IENAE LITTERIS RITTERIANIS.

TESTIMONIUM
DE TRINITATE UNIVS DELI
IN SYMBOLO APOSTOLICO
OBTINUIT EXAMEN
DECANVS COLLEGIJ THEOLOGICI
IES. THEOD. WEISSENBOURNIVS
PRAEFESSOR
ET ALIIBVS PRAEFECTORIBVS COLLEGIIVS
ET DISTRICTORVM PASTORIBVS
PRO DOCTORIS GRADU
INSTITVENDIS
IOH. CHRISTOPHORO PREBTERO
PASTORIS GYMNASII THEOLOGICI ET ORATORII EVANG.
OFFICII PRAEFECTORI
PROGRAMMATE
IN ACADEMIA IENENSIS
HABEAT PRAESIDIUM OTTAVIANVS





I M M A N V E L.

SYMBOLI *apostolici* apostolos fuisse conditores, nullo demonstrari argumento, neque illud omnibus omnino hæreticis opponi æque potest; quippe nec adæquata est credendorum norma, nec quidam maximi momenti articuli fidei explicite hic reperiuntur: quum doctrina de satisfactione ac merito Christi, de obedientia eius actiua, atque vnione personali, de iustificatione per solam fidem, de fide iustificante, de imputatione iustitiæ saluatoris, de vniuersali Dei gratia, eiusque attributis singulis, de regeneratione, de poenitentia, de verbo Dei vnico, de baptismo et sacra coena, itemque de prædestinatione æterna, disertis expressa verbis neuiquam adpareat. Igitur apostolico hoc symbolo *religionum syncretisimum* inuenere nobis haud par est, vt eos censëamus fratres in Christo genuinos, qui illud semper in ore habent, licet in alia omnia, non sine ingenti animæ salutisque discrimine, discedant. Qua enim ratione Lutherani cum Pontificiis et Reformatis, ope apostolici symboli, conciliari possunt in iis præsertim articulis, de quibus absque dilucida explicatione in eo nihil deprehenditur? Exhibet quidem symbolum hoc palmarios fidei articulos; sed nec omnes formaliter, nec solos, quum verbis commemorentur quoque articuli quibusdam dicti non fundamentales, et qui salua salute possunt ignorari, vt de descensu saluatoris ad inferos, eiusque miraculosa conceptione; verum eos tantummodo, quorum candida in primigenia

ecclesia professio contra iudæos ac gentiles, itemque quosdam eius temporis, non omnium plane temporum, hæreticos, a christianis exigebatur.

Ceterum ad ipsos, apostolico exhibitos symbolo, quod attinet articulos, verba quidem illius eadem, at diuerso prorsus sensu, admittunt aduersarii. *Pontificius* acceptare videtur hoc symbolum; nihilominus liberi arbitrii vires, ac merita bonorum operum, in detrimentum meriti Christi, audenter euehit. Idem profitetur symbolum *Caluinianus*; nihilominus gratiam Dei ac meritum ipsius filii arcte constringendo, fidem impedit. At et suum facit symbolum hocce *Socinianus*; nihilominus Christi deitatem veram, ac satisfactionem vicariam peruerse negando, nostræ salutis euerit fundamentum. Proinde si *symboli apostolici nuda quoad litteram receptio* sincerum ecclesiæ membrum ac fratrem in Christo constitueret; etiam hæretici veteres, Ariani, Eutychiani, Pelagiani, symboli eiusdem verba professi, ab ecclesia vniuersa male fuissent exclusi; immo et hodie vel ipsi Sociniani, pertinaces Trinitatis sanctissimæ hostes, symboli huius litteram, sed diuersissimo sensu cognoscentes, in fraternitatem spiritualem essent recipiendi.

Vt autem, quanta Lutheranis intercedat dissensio cum Pontificiis et Caluinianis, verba symboli apostolici professis, tanto conspiciatur dilucidius, tabellas euoluat Dannhaueri huius symboli triplices, quarum prima illud omnium exponit oculis in sensu ecclesiæ orthodoxæ; altera in sensu papæ; tertia in sensu Reformatorum. Tentabat quidem has a Dannhauero extruere tabulas *stricturis suis* confundere Samuel Mareus, in disputatione obuii theologica, partim elenctica, partim apologetica, de tribus symbolis apostolicis scilicet
Luthera-

Lutheranorum, Pontificiorum et Reformatorum, a theologo quodam Argentoratensi editis: sed fortiter causam egit suam ipse Dannhauerus contra Maresium, dum eiusdem stricturas Antistricturis, in appendice Hodomoriæ Calvinianæ lectu dignissimis, confutauit. Quisquis animum adiiciet tabulis Dannhaueri tribus ad tabulam quartam, qua Scherzerus symbolum apostolicum in sensu Arminianorum exhibuit, nec minus ad quintam a Rechenbergio, e Calouii Socinismo profligato, ac Scherzeri collegio anti-Sociniano, potissimum paratam, qua symbolum hoc in sensu Socinianorum repræsentauit; ex æquo iudicabit, quotquot aduerfarum partium in consuetudinem nostræ ecclesiæ se insinuant sola symboli apostolici professione, inter dissentaneos ecclesiasticam conciliationem haud posse erigi, quum illud, si quod præ se ferunt, symbolum ad errores suos prauè detorqueant, nostræque religioni infidias struant etiamnum periculosas.

Præ ceteris autem symboli apostolici, recte intellecti ac explicati, articulis editur genuina de Deo essentia vno et personis trino confessio, vt sinceram inculcemus fidem in *patrem*, qui ex substantia sua ab æterno generauit vnicum filium, quiue et Iesu Christi, et ob hunc noster quoque pater dicitur; (Hebr. I, 5. Eph. III, 14. 15. Ioh. XX, 17.) fidem item in ipsum eius *filium*, qui est super omnia Deus in sempiternum collaudandus; (Ioh. III, 16. sq. Rom. VIII, 31. et cap. IX, 5. Ioh. I, 12. Gal. III, 26.) nec minus fidem in *spiritum sanctum*, qui a patre et filio procedit, atque patris ac filii pronuntiatur spiritus; (Ioh. XV, 26. Galat. IV, 6. 2 Cor. IV, 13. 1 Cor. XII, 3. Ps. CXLIII, 11.) Ultimo symboli huius articulo ingenue fatemur spiritum san-

Etum non attributum Dei, sed ipsum Deum, in quem credere dicimur, quod vi primi præcepti nulli creaturæ potest tribui.

Arduam hanc fidei doctrinam, quam exhibet apostolicum symbolum, adcurarius est examinaturus

V I R

MAXIME REVERENDVS AC MVLTQ DOCTISSIMVS
IOH. CHRISTOPHORVS PFEIFFERVS

MINISTERII EVANGEL. ERFVRT. ADSESSOR AD ADEM IOHANNIS
PASTOR GYMNASII SENAT. ET ORPHANOTR. EVANG.
INSPECTOR LONGE MERITISSIMVS,

qui Trinitatem sanctissimam e sanctis Dei oraculis solide deducet, publicis prælectionibus cras, diuino auxilio, instituendis: quas proxime excipiet sollempnis disputatio pro doctoris theologiæ gradu rite obtinendo, qua diuinitatem spiritus sancti egregie demonstrabit, et ab iniurijs Pneumatomachorum masculo vindicabit animo.

Meretur autem hic tot præclaris animi ac spiritus sancti dotibus conspicuus candidatus, vt antiquo more vitæ ipsius fata commemorentur: quod Erfurti quarto iduum Aprilis 1705. in lucem fuerit editus, patrem natus, IOH. LAVR. PFEIFFERVM, S. Theol. Doctorem, Ministerii Euang. Erfurt. Seniore, August. Conf. Profess. Publ. Past. ad adem Prædicatorum primarium, et Gymnas. Senat. Prot. ephorum, grauissimis omnino meritis fulgentissimum; matrem vero SVSANNAM CHRISTINAM, natu Mauriziam. Prima fundamenta studiorum iecit in schola Senat. Prædicatorum, M. WEINGAERTNERO, Rectore, et Correctore M. MARTINO, qui adhuc sunt superstites. Per biennium deinde Gymnasium Senat. Erfurt. frequentauit, et præceptoribus vsus, Directore STILERO, I. V. D. et Professoribus,

ribus, FISCHERO, Med. Doct. et Fac. Med. tunc temporis Prof. Publ. Ord. M. HAEVSERO, Fac. Philos. Adfessore et Prof. Publ. Ord. M. TIEMEROTHIO, Minist. Euangel. et Fac. Philos. Adfessore, eiusdemque Prof. Publ. Ord. M. LOZZIO, Minist. Adfess. et Pastore Mercat. M. TENNEMANNO, Minist. Euang. Adfess. et ad ædem S. Michaelis Diacono, ac M. WEISSENBORNIO, Prof. Gymnas. Senat. Græcæ linguæ, qui adhuc præter FISCHERVM et LOZZIVM spiritum ducunt. Post hoc biennium ad Lyceum, quod Rudolstadtii florere se contulit, ubi ab ore M. ACKERI, Rectoris, et KIESEWETTERI, Conrectoris pendere ipsi licuit. Cum modo laudatus ACKERVS, Altenburgum ad Gymnas. illustris Directoris munus obeundum, vocatus esset, ab eius latere haud discessit, et per trimestre annorum spatium Rudolstadtii et Altenburgi, multum ex illius institutione profecit. Peractis studiis scholasticis, in Acadèmia perantiqua Gerana per tres fere annos literis operam dedit, et in philosophicis M. BVCHNERVM ad D. Rudigeri ductum audiuit; in theologicis vero a parente eruditus est. Ab Erfurdia discedens, Acadèmia Lipsiensis ipsi placuit, ubi in philosophicis D. RVDIGERO, in studio theologico autem proseguendo, Summis Viris et Theologis, BOERNERO, DEYLINGIO, KLAVSINGIO et PFEIFFERO (cuius priuatæ institutioni multa se debere grata mente profitetur) se adduxit. Biennii curriculum cum Lipsiæ emensus esset, relicta hac Musarum sede domum rediit, et ad excitandas et probandas ingenii vires, in concionandi exercitatione, operam suam posuit. Præterlapso aliquo temporis spatio, florentissimam Salanam iterum adiit, ubi ad pedes celeberrimi ac consummatissimi Theologi,

logi, beati BVDDI sedisse felicitatis haud exiguam partem interpretatur; nec non ex ore meo, vt et celeberrimorum Theologorum, WALCHII et RVSSII multas præclaras doctrinas hausit. Præterea in theologorum conflictibus, tam opponentis spartam subiit, quam dissertationem de humana Christi natura proprio Marte elaboratam, sub moderamine inclytissimi Theologi, D. WALCHII, publice defendit. Anno 1728. a nobilissimo ac amplissimo Senatu Erfurtenſi ad Paſtoris Nonarii adiuncti munus in templo Prædicatorum vocatus, simulque Miniſt. Euangel. Adſeſſoribus adſcriptus eſt. Hanc prouinciam per ſex et quod excurrit annos adminiſtrauit, cui anno 1734. Diaconi ad ædem S. Ioannis vulgo Auguſtini officium acceſſit. Anno 1735. autem poſt mortem beati Gebhardi, Paſtoris munus in S. Ioannis æde, cui adhuc per Dei gratiam præeſt, obtinuit. Eodem anno ab amplissimo Senatu Orphanotrophei Euangel. et anno 1739. Gymnaſii Senat. inſpectio, eidem demãdata fuit, quo tempore pariter a Facultate Philoſophica, Magiſterii laurea condecoratus eſt.

Quum autem vir maxime reuerendus deſiderium, ſupremos in theologia honores conſequendi, ordini theologorum modeſte expoſuerit, ipſumque, exploracione rite inſtituta, talem inuenerimus, qualem deſiderauimus: eidem, cathedram noſtram animaturo, vt præſentiam ſuam benigne largiantur magnificus prorektor, comites illuſtriſſimi, conſcripti academiæ patres, itemque nobiliſſimi, qui ornant eam, muſarum cultores, ordinis theologi nominè rogamus. Ienæ d. xx. Maii

M D C C X X X X.

(L. S.)

ED-Bez. 2002

01 A 6729

Retra

Mi. 46







75a

TESTIMONIUM
DE TRINITATE VNIVS DEI
IN SYMBOLO APOSTOLICO

OBVIVM RITE EXPENDIT

DECANVS COLLEGII THEOLOGICI
IES. FRIDER. WEISSENBORNIVS

PRAEMISSO

ET APERIENDIS PRAELECTIONIBVS SOLLEMNIBVS
ET DISPVATIONI PVBLICAE

PRO DOCTORIS GRADV
INSTITVENDAE

A

VIRO MAXIME REVERENDO

IOH. CHRISTOPHORO PFEIFFERO

MINISTERII EVANGEL. ERFVRT. ADSESSORE AEDIS IOHANNIS
PASTORE GYMNASII SENATORII ET ORPHANOTR. EVAN-
GELICI INSPECTORE

PROGRAMMATE
IN ACADEMIA IENENSI.

IENAE LITTERIS RITTERIANIS.

